

Controversia est inter Chronologos ἀκρῦ βεβαίως de 3. annis, alii enim natum Christum dicunt anno mundi 3947, alii 48, alii 49, non-nulli 50. Hæc controversia tandem componetur diligenti inquisitione: nec poterit statui Christus natus anno mundi 3962. vel 64. vel 70. Postrema enim computatio laborat *παραχρονισμῶ* 22. annorum, qui nulla ratione per veras Epochas demonstrari possunt.

CAPUT XXI.

De Librorum in codice Hebræo clausulis.

Libros sacros Bibliorum plerosque, doctores Hebræi finiunt clausulis. Aliqui vero libri nullas habent clausulas, quales sunt liber Ruth, Esther, Judicum, Primus Samuelis, Primus Regum & Jeremias. Item ii. minores Prophetæ & Nehemias. Reliqui omnes aliquam habent clausulam.

Est vero clausula libri sacri adjectio, quarundam dictionum à Doctoribus Hebræis facta sub finem alicujus libri memoriam vel gratitudinis ergo.

Ideo ea adjectio est partim *μνημονοῦσι*
ἢ παρ'